



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XXXII. Abrogatio Discretorum in Provinciis Bœticæ, & Navarræ Fratr.
Capuccinorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

XXXI.

Extenditur Indultum Clem. X. conferendi nonnullos gradus in Collegii Societatis Iesu Civitatum S. Fidei, & Quiten. in Indiis Occident. ad alios gradus, & in perpetuum.

Clemen. X. Constitut. edit. fuit 1675. April. 17.
Et hujus Pontificis Constit. edit. 1693. Septemb.
28. Pont. 3. declaratum, & ampliatum præd.
Indultum.

Dat. 1. Sept.
1693. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Referuntur Indul-
tum Clem. X. pro
gradibus
Philosophia, & Theologia
ad decen-
nium conce-
sum.

A Lias fel. rec. Clementi PP. X. prædecessori nostro pro parte tunc in humanis agentis Alphonsi de Alarios Presbyteri Regularis Societatis Iesu, ac Procuratoris Provinciarum Hispania, & Indianarum Occidentalium dictæ Societatis exposito quod cum Metropolitanæ Sanctæ Fidei, & Cathedralis Quiten. Ecclesia in partibus Indianarum consistentes duo Seminaria juxta formam, & dispositionem Decretorum Concilii Tridentini in Civitatibus Sanctæ Fidei, & Quiten. respectice erexissent, in quibus quam plurimi adolescentes sub cura, & Gubernio Clericorum Regularium Societatis præfatae educabantur, ac Lingua Latina, Philosophia, & Sacrae Theologiae studiis in Collegiis Societatis, & Civitatum hujusmodi operam navabant, eosque in virtute, & doctrina progressus faciebant, & animarum saluti, & Conversioni Gentilium (quorum in illis Regionibus Messis multa, Operari vero pauci) fructuole incumbere valerent, propinquior vero, nempe Limana studi Generalis Universitas a Sancta Fidei mille quingentis, & a Quiten. Civitatibus præfatis nonagantis milliaribus respective distabat, ac proinde Alumni Seminariorum præfotorum ad eandem Universitatem Limanam, propter locorum distantiam, viarumque incommoda, ac eorum paupertatem accedere nequebant, ut ibidem gradus Academicos consequerentur, unde flos juvenitutis earundem Regionum ejusmodi honore privatus remanebat, non sine Ecclesia, atque Reipublicæ detimento. Ideoque ipse Alphonsus plurimum cupiebat eisdem Alumnis indulgeri ut absolutis studiis, & prævio rigoro examine, Baccalaureatus, Magisterii, & doctoratus in Philosophia gradus a Rectoribus, Præfectoriis, & Magistris supradictorum Collegiorum suscipere valerent, quemadmodum rec. mem. Gregorius PP. XIII. etiam Prædecessor noster Alumnus Seminarii Romani per quasdam suas literas concessisse reperiebatur. Idem Clemens prædecessor supplicationibus dicti Alphonsi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus per quasdam suas in simili forma Brevis die 17. Aprilis 1675. expeditas literas præfatis Alumnis Seminariorum Sanctæ Fidei, & Quiten. Civitatum hujusmodi, ut peractis studiis, prævioque rigoro examine, Ba calareatus, ac Magisterii, & doctoratus in Philosophia, & Sacra Theologia hujusmodi gradus in Collegiis prædictis ab illorum respective Rectoribus, Præfectoriis, & Magistris suscipere, ipsique Rectors, Præfectoriis, & Magistri eisdem gradus dictis Alumnis, servata tamen ceteroquin memoratarum Gregorii prædecessoris literarum forma, & dispositione conferre libere, licite, & valide possent, & valerent respective ad decennium a die præsentationis earundem Clementis prædecessoris literarum computandum auctoritate Apostolica concessit, & indulxit, & alias prout in ipsis literis, quarum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter

expresso, & inserto haberi volumus, uberioris continetur.

J. 1. Cum autem sicut dilecti filii Rectores, & Præfectori studiorum Sanctæ Fidei, & Quiten. Collegiorum præfotorum, Nobis nuper exponi fecerunt in eisdem Collegiis non solum Artium, sive Philosophia, & Sacra Theologia, sed etiam Decretorum, five Sacrorum Canonum lectiones habeantur, & ad animarum salutem, Ecclesiæque utilitatem plurimum expediat Alumnos prædictos gradibus Academicis, etiam in Decretis, five Sacris Canonibus hujusmodi post peracta studiorum curricula, decorari. Nobis properante dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

J. 2. Nos igitur ipsorum Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo libet innodata existunt ad effectum prætentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilis Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Confilio, veris existentibus narratis, indultum a memorato Clemente prædecessore ad artes, & Sacram Theologiam restrictum, ac ad decennium tantum concessum, ut præfatur, generaliter, & indistincte ab illo tempore præfinitione ad omnes scientias, quæ in Collegiis supradictis edocentur, auctoritate prædictæ tenore præsentium ampliatus, salva ramen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinallium.

J. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sieque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ supradictis Clementis prædecessoris literis concessa sunt non obstat, catenisque contrariis quibuscumque.

J. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptris, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prolsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die I. Septemb. MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Declaratur & ampliatur Constitutione abrogationis Discretorum ad Provincias Batice, & Navarra FF. Capuccinorum, cum nonnullis Ordinationibus.

Laudata Constitutio edita fuit 1693. Mart. 29.
Pont. 2. Et Conf. edit. 1694. April. 5. Pont.
3. ampliatur ad alias Provincias.

Præcessimus
S. I. Sup.
riorum Col-
legiorum.

Extensiō In-
dulti ad om-
nes gradus
scientiarum,
& in perpe-
tuum.

Clausule.

XXXII.

INNO.

ANNO
1693.

Dat. 12. Sept.
1693. An. 3.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

205

ANNO
1693.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias emanarunt a Nobis ad supplicationem Charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet. Innocentius Papa XII. ad perpetuam rei memoriam. Nuper pro (reliqua vide suo loco) Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIX. Martii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

S. 1. Cum autem sicut pro parte ejusdem Caroli Regis per prædictum Ducem denuo Nobis nuper expositum fuit in præfertis nostris literis trium Provinciarum Regnorum utriusque Castellæ dicti Ordinis, nempe Castellæ veteris, & Novæ nuncupatæ, nec non Bæticæ, & Navarra Provinciarum distincta, & expressa mentio facta non fuerit, quinimo nec in eisdem literis prævisum fuerit, quod loco supradictorum Decretorum Conventualium, sicut præmititur, sublatorum, & remotorum pro tempore existentes earumdem Provinciarum Diffinitorum, & Custodes, necnon is saltē, qui novissime in illis Provincialatus Officio respective functus fuerit, in earum Diffinitoris, & Capitulis Provincialibus votum, seu suffragium respetive habere debeant quemadmodum ipse Carolus Rex pro peculiari suo in Ordinem prædictum devotionis affectu, commune ipsarum Provinciarum bonum promovendi studio ductus, Nobis supplicari fecerat; ac proinde opportune in præmissis a Nobis provideri, nec non præterea, quod in Provinciis prædictis Capitulo Provincialia de sesquianno in sesquiannum celebrari debeant, quemadmodum felic. record. Clemens Papa X. prædecessor Noster pro omnibus ejusdem Ordinis Provincialis per qualdam suas itidem in forma Brevis anno 1676. desuper expeditas literas præscriptissimæ dicuntur decerni, & ordinari plurimum defideret: Nos pio ac laudabili dicti Caroli desiderio hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes supplicationibus ejusdem Caroli Regis nomine Nobis per prædictum Ducem super hoc humiliter perfectis inclinati, de memoratorum Congregacionis Cardinalium consilio autoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, remotionem, & abolitionem Discretorum Conventualium in Provinciis utriusque Castellæ Fratrum Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Capuccinorum factas, ut præfertur, expeditasque desuper literas Nostras præfertas, intelligendas esse, non solum respectu Provinciae utriusque Castellæ, Veteris scilicet, & Nova, verum etiam respectu Provinciarum Bæticæ vulgo *Andalusie* nec non Navarræ; & quatenus opus sit, remotionem, abolitionem, & Nostras literas hujusmodi ad supradictas Provincias Bæticæ, & Navarræ authoritatem, & tenore prefatis extendimus, & ampliamus. Præterea eadem autoritate harum serie decernimus, quod vice, & loco prædictorum Discretorum in tribus Provinciis hujusmodi, sicut præmititur sublatorum, & abolitorum, Diffinitorum, atque Custodes, & immediatus Exprovincialis earundem Provinciarum in ipsarum respetive Diffinitoris, & Capitulis votum habeant, dictarumque Provinciarum Capitulo de sesquianno in sesquiannum deinceps celebrari debeant.

S. 2. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existente, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive in-

viabilititer observari: sive in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Quocirca Venerabili Fratri Friderico Archiepiscopo Mediolanen. moderno, & pro tempore existenti Nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicuius eorum desuper fuerit requisitus solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate Nostra illos, & eorum quemlibet præsentium literarum, & in eis contentorum eorumdem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebet molestatari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & Rebellores per sententias, & censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedias, appellatione postposita, compescendi, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, penas ipsas etiam reiteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii sæcularis.

S. 4. Non obstantibus rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter Nostræ de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; nec non omnibus, & singulis illis, quæ in literis præfertis concessimus non obstat, caterisque contraria quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XII. Sept. MDCXCIII. Pontif. nostri Anno Tertio.

XXXIII.

Confirmatur Decretum Universitatis Tonforum de Urbe contra vendidores suarum Tonstrinorum.

A Clem. XI. Conf. edit. 1712. Maii 12. Pont. 12. confirmantur statuta hujus Universitatis.

Dat. 25. Sept.
1693. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Canfa De
creta.

Exponi nuper fecerunt dilecti Filii Consules, & Universitas Barbitonorum Alma Urbis Nostræ, quod cum, non sine gravi eorum artis detimento, sepe contingat a nonnullis Barbitonorum sub pretexu, quod dictam Artem relinquere & sive in Patriam redire, sive Principum, vel aliorum Primariorum Virorum servitiis sese addicere velint, suas Tonstrinas, prout est adventorum ad eas frequens numerus, quanti plurimi vendi; postea vero in fraudem Emporiorum novas Tabernas Tonforias, aliquando qui-

Constitutio
laudata.

Preces Re
gis Catholici
pro d. decla
ratione, &
ampliatione.

Declaratio
& ampliatio
Constitutio
nis ad præd.
Provinciaru
Discretos,
quorum loco
affi Superior
res votum ha
beant in Ca
pitulis, quæ
celebrari de
beant singulis
sesquiannis.

Clausula.